



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.41. Schisma Constantinopolitanum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæculum IX. merarentur. Item viginti Monachos  
A. C. 807. misit in Monasterium S. Sabini seu Tar-  
 bellense in territorio Pictaviensi, & qua-  
 draginta alios ad Monasterium Mascia-  
 cense in Biturigibus. Omnia hæc Mo-  
 nasteria Rex ei concessit, ut consuleret  
 Monasterio Anianensi quod ob sterile so-  
 lum tantam hominum multitudinem a-  
 lere non poterat. Benedictus vero sin-  
 gulis Abbatem dabat, supremo in omni  
 regimine sibi reservato.

## §. XLI.

*Schisma Constantinopolitanum.*

*Sup. n. 17.* Interea Ecclesia Constantinopolitana  
*Sup. n. 19.* turbis agitabatur. Tarasius Patriar-  
*Lib. Synod.* cha, ut supra memoravimus, deposuerat  
*to. 7. Conc. p.* Josephum Presbyterum, quod is Con-  
*1192. vit. Th.* stantino Imperatori illico connubio  
*Stud. n. 43.* Theodotam sibi jungenti Benedictionem  
 nuptialem fuisse impertitus; nunc ve-  
 ro, cum Josephus apud Imperatorem Ni-  
 cephorum, eo quod pacti fcederis inter  
 ipsum & Bardanem Turcam, qui nomen  
 Imperatoris assumpserat, Auctor fuisse,  
 summam gratiam iniisset, Nicephorus  
 animo constituerat efficere, ut Josephus  
 muneri suo restitueretur. Nicephoro  
 Patriarcha id recusante & negante, se  
 unquam Antecessoris sui Decretum ab-  
 rogaturum, Imperator dicebat; rem no-  
 vam non esse, Sacerdotem ab altero de-  
 positum

positum ab altero restitui, & opus esse Sæculum IX.  
magnæ Charitatis, veniam concedere. A. C. 807.  
Tandem cum instare non cessaret, cre-  
dedit Patriarcha, dandum esse aliquid  
Imperatori, veritus, ne in facinus aper-  
tum adversus Ecclesiam prorumperet.  
Ergo convocata Synodo Episcoporum  
ferme quindecim, in ea, seu conniventia  
seu dispensatio id fuerit, decrevit ut Jo-  
sephus denuo Sacerdotali Officio funga-  
retur. Quod anno octingentesimo sex-  
to factum conjicitur.

S. Theodorus Studita in Synodo præ-  
sens huic Decreto se opposuit, quemad-  
modum olim Constantini nuptiis adver-  
satus fuerat. Idque altera die Epistola  
suo & S. Platonis nomine ad Nicepho-  
rum Patriarcham data professus est. In  
ea dicunt: *Orthodoxi sumus in omnibus.* lib. I. ep. 30.  
*Rejicimus omnes Hæreses, & omnia Con-*  
*cilia Universalia atque particularia ap-*  
*probata eorumque Canones recipimus.*  
*Dispensationes quoque recipimus legiti-*  
*mas, quibus Viri Sancti pro re nata usi*  
*sunt. Hæc ipsa Epistola, qua tibi Salu-*  
*tem dicimus, satis demonstrat, quod di-*  
*spensatione utamur.* Volunt dicere,  
quod si secundum rigorem juris agerent,  
nullum sibi cum Patriarcha commer-  
cium, ne quidem litterarum intercedere  
oporteret. Deinde prosequuntur in  
hunc modum: *Ita etiam Patriarcham* Sup. n. 7.  
Ante-

Theo. Stud.  
I. I. ep. 24. 25.  
30.

Sæculum IX. Antecessorem tuum, cum ab exilio redi-  
 A. C. 807. remus, dirempto illicito conjugio, & Oe-  
 conomo deposito, recepimus. Nolebamus  
 cum ipso communicare, quamdiu Princi-  
 pi adultero Communionem præberet, quam-  
 vis diceret, se ex conniventia id face-  
 re, & potius passurum fuisse, ut sibi  
 manus resecarentur, quam ut nuptiis  
 incestis benediceret. Hac conditione cum  
 ipso usque dum quiesceret in Domino com-  
 municavimus. Tuam quoque Sanctitatem,  
 Patriarcham nostrum venerati su-  
 mus, & quotidie tui memoriam in San-  
 cto Sacrificio agimus.

De nulla ergo re inter nos disceptatio  
 est, nisi de Oeconomio, ex pluribus causis  
 secundum Canones deposito, & quidem de  
 Viro, qui Sacris iterum operari incipit,  
 postquam annis novem suspensus fuit. Et  
 hæc non occulte, sic enim res dissimulari  
 posset, quia nullatenus participes essemus;  
 sed volunt, ut continuo tecum Antislite  
 tantæ Dignitatis & meriti, in hac Ec-  
 clesia, plenissimo nempe Sacerdotii fonte,  
 operetur. Id est in Officio solemni Ec-  
 clesiæ Cathedralis aderat. Äquum igi-  
 tur erat, ne scandalum poneretur populo  
 Dei, præsertim illis qui ex nostro Ordi-  
 ne sunt (scilicet Monachis) ut Sacerdo-  
 tio privatus esset, aut saltem, ut nihil  
 contra nos illegitime ageretur. Ad hoc  
 dicendum non impellit nos timor, sed com-  
 mis-

miseratio qua in populum tangimur. Nos Sæculum IX.  
enim adjuvante Dei Gratia omnia susti- A. C. 807.  
nebimus. Sed edicimus tibi coram JE-  
su Christo, & Angelis, quod funesti  
Schismatis in Ecclesia nostra causa sis.  
Possunt quidem homines potentia sua a-  
buti, sed velint, nolint, Canonum Aucto-  
ritati subjecti sunt.

Postquam hæc in ista Epistola decla-  
vit. Th. n. 45,  
rasset, Theodorus cum omnibus Mo- Theoph. an.  
nachis suis a Communione Patriarchæ7. p. 409.  
recessit, & magnam populi partem, vi-  
delicet probissimos quosque, secum tra-  
xit. Verum initio plerique hanc Theo-  
dori separationem ignorabant, quam, ne  
in discretionis leges peccaret, quamdiu  
potuit, secretam tenuit. Ita per inte-  
grum biennium res hæc in vulgus non  
emanavit. Cum enim non esset Epis-  
copus, satis se facere existimabat, si se  
ipsum servaret innoxium, & hujus mali  
particeps non fieret. At tandem Logo- Theod. I.  
theta Dromi id est Præfectus vehiculis, ep. 25.  
cujus Officium in aula erat admodum  
honorificum, ad Josephum Archiepisco-  
pum Thessalonicensem Theodori fratrem  
dixit: *Quare tanto tempore & tot Fe-* Th. lib. I.  
*stis solemnibus nobiscum & cum Patriar-* ep. 31.  
*cha non communicasti? libere, quod res*  
*est, edicite.* Archiepiscopus respondit:  
*Res nobis non est adversus Imperatores,*  
*aut Patriarcham, sed adversus Oecono-*  
*mum,*

**Sæculum IX. mun,** secundum Canones depositum. Im.  
**A. C. 807.** peratores erant Nicephorus & filius ejus

Stauratius, jubente Patre mense Dec. an-  
 no octingentesimo tertio coronatus.

**Theoph.an.** Tum Logotheta: Imperatores vestra  
**2. p. 405.** Communione non egent nec Thessalonica  
 nec alibi. Et tunc quidem nihil am-

plius verborum addiderunt, sed hoc ar-  
 cano Constantinopoli vulgato multi  
 Theodori sententiam amplexi sunt, &  
 tiamsi id publice profiteri non auderent.

### §. XLII.

#### *Epistola S. Theodori Studitæ.*

**I. ep. 21.**

**S**anctus Plato, vel potius sub ejus nomi-  
 ne S. Theodorus data ad Simeonem  
 Monachum, affinitate Imperatorem con-  
 tingentem, ipsorum amicum, & tunc ob-  
 illud, quod Josephus Archiepiscopus de-  
 claraverat, afflictissimum, Epistola rogat,  
 ut mitiget animum Imperatoris, *Cujus*  
*nobis*, inquit, *maxima est veneratio*, &  
*cujus Communionem neutiquam fugimus*.  
*Contra illum solum pugnamus*, qui *a*-  
*dulterium approbavit*, quem *Jesus Christus*  
*ipse depositus* per duos, ut *alios omis-*  
*stus* *7. Sup. L. X. tam, Canones.* In uno præcipitur, ne  
*§. 17.* Presbyter in nuptiis bigami epuletur (a  
*Cod. Can.* dulteri enim, scribere non est ausus C<sup>2</sup>  
*Afr. can. 79.* non) quanto magis prohibuisset scelesti  
*nuptiis benedicere?* In secundo Canone  
*statutu-*